

520
20

Z. n. 18.



18. iij.



VERAM.
 CIVILITV.M. RERV.MOVE. PVBLICARVM.
 FELICITATIS. ET. CALAMITATIS.
 CAVSSAM. ET. ORIGINEM.
 PAVCIS. INQVIRIT.
INAVGVRATIONEM.
 NOVAE. EXTRVCTAE. MVSARVM.
 COTHON. SEDIS. INDICIT.
 CRASTINAM.
 ATQVE.
 HVIC. FESTIVITATI. ORDINVM. QVORVMVIS
 CVIVSVIS. DIGNITATIS. ET. AETATIS.
 MVSIS. NOSTRIS. CVPIENTEIS.
 VIRI. CIVES. PEREGRINI.
 INTERSIENT. FREQVENTES.
VIGILANTISS. SCHOLAE. CVRATORVM.
 SVISQVE. VERBIS.
 OPERE. ROGAT. MAXVMO.
 AT. QVE. OFFICIOSO.
 NICOLAVS. THVMSENER.

COTHONIS, LITTERIS, LOEFLERIANIS,



INAVGURATIONEM
SOCIETATIS
SARVM


XENOPHON:

ΣΙ ΟΑΗ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΚΑΛΩΝ
ΠΗΗ

ΝΙΟΛΑΟΣ ΤΗΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΑΣ

—————





* * * * *

PIE ERUDITO
Musisq̄ue Coth- Anb. cupienti
 LECTVRO.
 Ευδαμονεσάτα διαγών.



In quo rerum nos constituti articulo, nemo est qui non videat, dum privatis casibus querelam miscet orbis Christianus hæcenus publicam, tristitia gaudium & metu spem vincente. Varii de quouis rerum ita & de hoc articulo varie: Maxime discrepantes autem de publica Publicarum Rerum calamitate aequæ ac felicitate earumque natura, causâ & origine, quas & suis sensere seculis Maiores, & nos sentimus hodièdum, Prudentum exstant opiniones, aliis eas ad mutationes nescio quas, certos stellarum ortus & obitus, aliis ad singulares harum coniunctiones, aliis ad multiplices Eclipses, ad numerorum aliis pondera, aliis ad Fortunam coecam, quæ nobis nulla, referentibus. Christiani nos Lunaticis istis neglectis rationibus, DEVM stabilire & transferre regna & imponere Coronam Regibus scimus, credimus. Et eo rugiente lugent habitacula, & arefcit uerx loci fertilis: (a) nec mirum, malumne enim inciuitate, & Dominus non fecerit? (b)

Florent autem Ecclesie cum Publicis Rebus, Principibus piis, iustis, sapientibus rerum gubernacula tenentibus; atteruntur, conelluntur, euertuntur tandem impiis, auaris, iniustis ad clauum rerum gerendarum euectis, DEVM negligentibus, leges susque de que habentibus, Subditorum animos a se abalienantibus & DOCTRINARVM STUDIA abiicientibus. Remota enim rerum diuinarum & humanarum cognitione, neglectis euentisque SCHOLIS, Res feliciter durare Publicas & consistere

(a) א : ראש הכרמל, ספר עמוס :

(b) 6 א : אבותיה רעה בעד ויהיה לך עשה :

fitere, quis est, adfirmare qui ausit? Incundissimus & late diffusus cum in multis, tum in eo maxime *LITTERARVM* est fructus. Perissent artes, euanuissent Iura, *Fidei & Religionis totius officia* quaeuis mansissent corrupta, in remedium nisi infirmitatis humanae, *LITTERARVM VSVM* diuina procurasset *Misericordia*.

Hinc suam suis Seculis sensere Maiores calamitatem, *SCHOLARVM & Institutionis* cura propter quamcumque omiſſa causam uel interrupta. Secundae erant res *POPULO DEI*, (c) bene prospereque cuncta procedebant *ROMANIS*, donec studium adhiberent ad *SCHOLAS & Institutionem*, sed protinus omnia in peius rueret & retro sublapta referri, omnemque bonam felicitatem sibi experiebantur aduersam, sicuti remissiores hic essent, aut praepostere agerent. Sensere, inquam, hanc calamitatem Maiores cum *ATTILAS, HVNNORVM* Rex, superbo ac terrifico nomine *DEI flagellum* adpellare qui uoluit, (d) *VANDALI & aliae gentes* bellis per uniuersam tere grassantes *EVROPAM*, *LITTERARVM* delectent funditis officinas, omnemque *instituentis* tollerent occasionem. Clade simili *SARACENI & recentius MAHOMETES* *Aſiam* adfecere & *Africanam* infectis ac crudelibus armis deuictam subactam; & hic quidem *CONSTANTINOPOLI, CORINTHO, TRAPEZVNTI, MITYLENE, PAPHLAGONIA, EVBOEA, uniuersa, ATHENIS*, aliis toto terrarum orbe urbibus sub *TURCICVM* iugum compulsis, *Christianae Religionis bonarumque artium ex sua sede & statu dimouit* *χαρσηνεια*, Mahometicae autem impietatis & Blasphemiae lustra substituit ac stabula.

IVLIANVS *Apostata*, quem *ATHENIS* uisum ex pernicioso & monstrosis gestibus communem imperii & Religionis pestem *NAZIANZENSIS* praestantis animi accurato coniecerat iudicio, non leuiter rem Christianam adfixit, *SCHOLIS Christianorum* ocellis, ne scilicet Religionis & *ELEGANTIORVM LITTERARVM* cognitione ipsorum imbuerentur liberi. (e) Fecerat idem antea *ANTIOCHVS Tyrannus*, *SCHOLAS* non submouens modo, sed & earum sectatores in cruceum tolli iubens; Superſedeo pluribus. Hoc est quod dico; ruente *INSTITVTIONE* nutant & occalum minitantur quaeuis, aut *ILLA* renascente, quaeuis recipere uires, caputque alacriter tollere incipiunt. Inter Singularia hinc consilii & sapientiae diuinae numerandum, quod eo ipſo tempore, quo *OTHOMANICI sanguinis* crudelissimus iste *MAHOMETES* pulcherrimam *CONSTANTINI VRBEM* multis Seculis *reliquarum urbium Reginam & arcem Imperii, Doctrinarumque sedem* *A. R. O. M CD LIII*, ut oppugnando coepit, ueteris Studia Philosophiae & linguarum in uniuersa fere *EVROPA* extincta per Exules Graecos *THEODORVM GAZAM*, *GEORGIVM TRAPEZVNTINVM*, *IOANNEM ARGYROPOVLVM* alios, in *ITALIA* iterum accendi coeperint, & ueluti postliminio in pristinam possessionem, unde *GOTHICIS* expulsa fuerant armis, redierint.

Ab his Exulibus Graecis eruditus GREGORIVS TIFERNAS circa Annum *M CD LXX. PARISIS* primus, Linguae Graecae multorum Seculorum intervallo in *GALLIA* ignotae habuit Auditorium, atque in optimis enucleandis Autoribus & Grammaticis inculcandis aduigilauit plurimum. Hacce ex statione etreptus factis, Successorem reliquit *HIERONYMVM Spartiatam* ingenii & doctrinae haut inferiorum exultatione. Praeceptore hoc graeco nisi *IOANNES CAPNO* & *ERASMVS ROTERODAMVS*, qui post *RODOLFBM AGRICOLAM* *Irisum* *THEODORI GAZAE* Auditorum, *primi in GERMANIA exacta Barbarie artes adseruere*.

(c) Prouinciam enim propagandi doctrinas bonis auspicijs percepta; tenuit Adamus, pia tenuit posteritas, tenere sancti Patres & Prophetae longa serie & ordine.
 (d) *CLERIC. Comp. Hist. p. m. 161.* G. *LVDVIG. Vniuers. Hist. p. m. 170.*
 (e) *In 2. Edict. in ci. Epist. & ap. ADRIAN. MARCELLIN. Lib. XXII. extantibus caeuillatus se id agere, iuxta eis tenen καταλειπει των κεινων ευδοτατερον πορευθαι.*

vere humaniores ubique: Hos e uestigio DEO LITTERARVM Autore clementissime aduente sequebantur PHILIPPVS MELANCHTHON, magnus ille Germaniae Praeceptor, in quo praeter naturam bonitatem dulcissima Musarum Gratiarumque tulsic coniunctio, IOANNES STVRMIVS, Germanicus Cicero, IOACHIMVS CAMERARIVS, vtriusque Litteraturae experientissimus, alii, indices & testes, omni maiores exceptione. Ita LITTERARVM fontes una cum uerae Relligionis doctrina in plurimas GERMANIAE plenis redlundauere alicui oras, difficultates licet uariae has exceperint LITTERAS.

Aeternum omnino omnia lauisent tenebris, atque omnis disciplinae & eruditionis memoria ex hominum deleta fuisset animis, Fato nisi felici eiusmodi extitissent egregii, & aeterno nomine Viri digni, magno & Herculeo qui ausu Musas diu intermortuas in vitam reducere & lucem, excussisque squaloris sordibus diligenti rursus exornare conati fuissent cultu.

Bene nobis! quod quanta illusterrima laetissimaque haec LITTERARVM LVX contulerit conferatque cotidie bona, festius circumspicere animis & suppurare possimus. Grata gratis animis praedicanda haec DEL bonitas, in plures orbis terrarum partes MVSVARVM colonias deducendis. Quid enim, ut innuebamus supra, cum mente nihil praestantius Disciplinae ac sapientiae Studiis, excellentius nihil DEVS dederit mortalibus, quid aut necessarium magis aut melius Honestatis ARTVMque DOMICILLIS, in quibus mature fidelis magni manu fingantur & tormentum tenelli illi sarculi ad Dei ut gloriam, Ecclesiae, Reiq; usum adolescant Publicae?

Quid ad firmandas stabilendas Pietatis res utilius magisque necessarium, quam ut in tam sancto ac pio Loco, quasi in PLANTARIO quodam uirtus in mollibus leuatur animis, radicesque agat, dein ut germinet felicius? Quid ipsi DEO gratius, quid nobis tandem minori oneri, maioriq; ornamento, quid Liberis nostris, ipsique posteritati profuturum magis, quam Rudimenta ac LITTERARVM PRIMORDIA in publica quasi haurire officina, eademque alios hinc petere? Non immerito hinc in rem nostram apud TVLLIVM ATTICVS, mihi, inquit, eximia multa, diuinaque uidentur ATHENAE peperisse, nec melius quid hominum uitae attulisse illis mysteriis, quibus ex agresti immanique uita exculiti ad Humanitatem mirigati sumus: Neque solum cum laetitia uiuendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliori moriendi. (c) Maximae enim ATHENIENSIBVS ducitur laudi, quod ATTICARVM SCHOLARVM prima fiat mentio, quam ad Scruatoris usque tempora & diu post retinere.

Hinc a Principibus uere bonis, si Annalium reuoluamus monumenta, & per Fastos indices ab ipsis fere mundi natalibus omne eruamus Aetum, inueniemus profecto medium, quo a senio liberae ac semper uernantes conseruatae LITTERAE aliud adhibitum nullum, quam SCHOLARVM (& superiorum & inferiorum constitutionem, conseruationem, in quibus magno generis humani bono contra inguentem Barbariem acriter semper pugnatum fuit atque dimicatum, luuentisque senera, qua decet, profecit lege. Ex innumeris ut eligam pauca, CAROLVS MAGNVS quod

B

exunctam

(c) Siquidem ATHENAS tanquam ad mercaturam bonarum artium, teste ipso TVLLIO, ex omnibus Proinciis studiosa confluebat iuuentus, ad Philosophiae & Eloquentiae solidum fructum percipiendum. Huc ROMANI, optatis licet abundarent disciplinis, suos ablegabant filios, quem in finem ORATOR filium suum MARCVM, ad quos auro officiorum Libros eo misit, CRATIPPO Philosopho & Peripatetico dicitur uae Principi erudiendum tradidit. Nec facile quem ex ROMANIS profertis erudita doctrina excultum, qui non in SCHOLA ATHENIENSI literis dedit operam,

extinctam tere Religionem in GALLIA LITTERARVM uidebat iactura, aliquot ipse SCHOLAS deuoto fundauit proposito, & sic Barbarie enecatam pene Religionem LITTERARVM beneficio renouauit in uitam. Quod saluberrimum utilissime inunquē studium imitari, optimique CAROLI acuterna laude fumantia premere uoluerē festigia ROM. IMP. FRIDERICVS II. SCHOLAE qui NEOPOLITANAE uires largitus & Spiritum; HISPANIAE REX ALFONSVS IX. SALAMANCENSEM qui erexit, quam totius Europae priscis temporibus si dixero celeberrimam, ueritatem a meis stantem habeo partibus. In GERMANIA nostra, & uicinia, quae non uigent in diem, quo haec scribo, usque praesentem, SCHOLAE! Quid quod reperti sunt ex PRINCIPIBVS, qui Dignitatem SCHOLARVM maxime Superiorum accurata secum pensantes trutinā, eo processere liberalitatis, uti summum ipsis gladii tribuerint IVS: Gaudet insigni hac Praerogatiua in GERMANIA INGOLSTADIENSIS, PARISIENSIS in GALLIA, & in ANGLIA OXONIENSIS illo superbit Priuilegio (g) Imperabo hinc Silentii pudorem iis, qui praetendunt, de Scholis struendis & amplificandis sint solliciti, non suadendum esse PRINCIPIBVS, PATRIAEque PATRIBVS, cum SCHOLARVM causam inter sacras & pias referri a Dd, conuict ad Aur. Habita C. Ne fil. pro Patr. & ad Rubr. ff. solut. Matr. & Scholares Theologiae non solum & Iuris Canonici, sed & aliarum scientiarum ECCLESIAE inseruire dicantur autore Fulgus, in l. Qui sub praetextu C. de Sacros Ecc. PRINCIPVM est, omnia, quae ad diuinum pertinent cultum perficere, aedeis conplasis sacras & SCHOLAS restaurare, aperire, apertasque cum CAROLO MAGNO ingredi, nouas erigere erectas ornare, Seminaria dilatāre, (h) Breuiter: quo maior tristiorque rerum perturbatio humanarum, ni omnis omnino falsa Diuinitio impendere uideatur, tanto maior danda opera, ut qui rebus adflictiis dissipatis consulerē cupiunt & mederi, consilio, arte iis succurrant & Prudentia.

Haec PATRIAE PATRIBVS Sparta deferenda numquam. Eam & ad fe extra conuictiam pertinere PRINCIPES cum apud Ethnicos, tum Christianos semper exilumauerē. (i) Quomāmodum enim ad communem Societatem, ut recte

(g) Taceo SCHOLAM HIERICHVNTINAM, omitto ALEXANDRINAM, silentii inuoluo poplo SCHOLAS HIEROSOLYMITANAS, urbesque LEVITICAS, in quibz saturo-rum interpretes. Sacerdotes, alii, & diuinis & profanis praesueue Studiis; quas SCHOLAS omnes cum sexcentis aliis Priuilegiis fuisse munitas, nemo nisi antiquitatis ignarus negabit facile. De Ereptione & Priuilegiis SCHOLARVM inter Ibraicitas sub domo 2da uid. Talm. Bawa basta fol. 21. col. 1. De reliquis Priuilegiis SCHOLAE etiam in loco non priuilegiato nil addo, ne, salcem in alienam mittere uidear messēm. Videfis de illis REVVFF. & inter alia Priuileg. XXXIV. p. m. 133. Perpendant hanc SCHOLARVM dignitatem imperiti & auarosi, qui nil nisi trarum fulmina, fluminaque iniuriarum in LITTERAS effundere norunt & LITTERARVM amantē.

(h) Sic PERSARVM REGES, ut scribit XENOPHON, quem Socraticum CICERO dicit, circa SCHOLARVM Institutionem, lauentisquae educationem magnas semper fecere impensas, & omnes ubique sui seculi Magesihratus hoc egregio Pietatis & sedulitatis studio facile incendere. Dubium non est, sapientissimos illos Viros suo exemplo testatum reddere uoluisse, SCHOLARVM sustentationem cura & administratione PRINCIPVM dignam esse.

(i) Vide insignis & optimo PRINCIPAE digna fertur ALBERTI, III. Archiduci AVSTRIAE uox: Ego uero summae Sapientiae fontem & neram Spiritus S. Officinam SCHOLAM uolo condere, in qua florentis aetatis ingenia ad CHRISTI Mediatoris agnitionem & artium

recte STOICI, nati sunt *Liberi*, sic & ad commune bonum eos esse educandos, quis ab omni intelligentia adeo remotus est, ut non sentiat? Percurras mecum omnes humanae uitae rationes & vias, & publicum Statum nullo non tempore, nulloque loco cogitum florentiorem, quam si *SCHOLAE* & *institutio recta* uigerent, omnino reperies. Hunc in finem *DEVS* in amplissimo dignitatis gradu *PRINCIPES* & auctoritate conspicuos locauit Magistratus, ut *LITTERARIAS* conderent, ornarent, tuerenturque *Officinas*, in quibus *florens aetas uirtutum ad bene uendum praeceptis & Religionis institutis ad puram Dei cultum* a primis pueritiae temporibus informaretur mature. Praeclarus in Ecclesiam, manus in Publicam *Rem* conferre non possunt beneficium, & *peffum eant omnia, necesse est, ubi nulla huius rei cura, studium nullum.*

Hac felicitate omnibus uotis optanda haec loci, quae Dei & benignitas, fruimur. Sunt in promptu probatae uirtutis & doctrinae Viri, qui ratione, praeceptis & consilio salutari dextre erudiant pueritiam ac foueant. Confluunt ad capiendum ingenii cultum optumae indolis pueri atque adolefcentes. Resonant strepuntque cupidis institutionis Vocibus discipulorum Examina, literariusque ille populans laudabili incensus aemulatione in Studia laeto grassatur impetu, atque inuisus uelut habentis ad laudem & decus procurrit alacriter.

Accedit, quod *CLEMENTISSIMVS PATRIAE PATER, SERENISSIMVS PRINCEPS, & NOBILISSIMVS AMPLISSIMVSQVE Ciuitatis huius SENATVS, ut quo animo paterno in Rem Publicam, Studia & iuuentutem sint LITTERARIAM manifestum redderent, NOVVM DOMICILIVM seu SCHOLAM COTH. ANHALT. REFORMATAM NOVAM extrui huius curauerunt diebus, firmum immortalitatis monumentum, Pietatis & munificentiae aeternam memoriam, Agnoscat itaque Subditi, & omnes, quorum res hic agitur hanc Clementem benignitatem, & in LITTERAS amorem, novam hanc Deo commendent SCHOLAM praecipue potius quam statuis.*

Id est, *LECTOR BENEVOLE!* quod restat, publicis scilicet uti solemnibus ritibus recens haec *MVSARVM SEDES, SCHOLA COTHONIENSIS REFORMATA inauguretur NOVA*, atque indicetur, *SCHOLAM* hanc ab omnibus rebus instructam esse, quae ingenuae docilisque pubis animos, litteris, uirtute, bonis moribus, omnique praecleara instruant doctrina atque Eruditione. Idque quod felix sanctumque, sibi que gloriosum rei que Christianae salutare Triunus esse iubeat *DEVS*, ut proximo omnium gloriosissimae plenoque iustissimae gratulationis die inter voces piosque plausus auctoritate & consensu *VIGILANTISSIMORVM SCHOLAE nostrae DOMINORVM PROCERVM & CVRATORVM* fiat, operam dedimus. Fiet autem Solemnitatis initium hora matutina decima missa Coniunctione sacra praecuaque *Oratione inaugurale*

De

SCHOLA SVAE INTEGRITATI ET NITORI RESTITVTA

NOVA haec MVSARVM OFFICINA omnis Sapientiae Auctori Deo dedicabitur, quem rogabimus haec huius diei gaudia nobis seruet interemerata, *SCHOLAE* que *COTHONIENSIS REFORM. NOVAE* fructus proprios nobis esse uelit atque

Ecclesiae DEI Rei quoque Publicae maxime utilium & necessariarum educantur cultum. *Teste FASTEL. de Schol. init.*

arque efficere perpetuos, uti lactissimis incrementis aucta non Scientiæ & doctrinæ tantum, sed & Pietatis, omnique uirtutis nutritrix apud posteros audiat ac Magistra. Solemnibus autem hisce uti faueant, atque ad frequentandam Panegyrii dicto tempore locoque memorato consulant, omnibusque quæ peragentur, beneuole adsint, & pro salute huius SCHOLAE pia nobiscum faciant uota. ordinum, ætatum & dignitatum omnium VIROS, & quos Vrbs hæc fouet MAECENATES AMBROSIOS TREBONIANOS, PODALIRIOS. ARISTIPPOS & MVSIS *Cypriensis* peramanter rogamus & ea qua conuenit Submissione. Erit hæc Pietatis in PRINCIPEM CLEMENTISSIMUM MAGISTRATVMQVE NOBILISSIMUM non exigua pars, eoque ipso patefcer, nos in gratis diuinorum beneficiorum uiuere aclusmatoribus.

PP. V. ID. O^oobr. Anno quo
**REFORMATA SCHO LA COTHONIENS. ANHALT,
 ECCLESIAE ET PVBL. REI EXTRVCTA.**



SCHOLA SVAE INTEGRITATI ET
 VIRTUTI RESTITVTA

Nr 885.
40

ULB Halle
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.





36

VERAM.
CIVITATVM. RERVMQVE. PVBLICARVM.
FELICITATIS. ET. CALAMITATIS.
CAVSSAM. ET. ORIGINEM.
PAVCIS. INQVIRIT.

INAVGVRATIONEM.

NOVAE. EXTRVCTAE. MV SARVM.
COTHON. SEDIS. INDICIT.

CRASTINAM.
ATQVE.

HVIC. FESTIVITATI. ORDINVM. QVORVMVIS

CVIVSVIS. DIGNITATIS. ET. AETATIS.
MVIS. NOSTRIS. CVPIENTEIS.

VIRI. CIVES. PEREGRINI.
INTERSIENT. FREQVENTES.

VIGILANTISS. SCHOLAE. CVRATORVM.

SVISQVE. VERBIS.
OPERE. ROGAT. MAXVMO.
AT QVE. OFFICIOSO.

NICOLAVS. THVMSENER.

COTHONIS, LITTERIS, LOEFLERIANIS,

